

PRæclara sunt Dei miseratoris ac Salvatoris erga nos homines beneficia, propter quæ Apostolus Ephes. I. *benedictum Deum ac Patrem Domini nostri Jesu Christi ait, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante jactum mundi fundamentum, ut simus sancti & inculpata in conspectu ipsius in charitate, qui præfinivit seu prædestinavit nos eis ὑποθεσίᾳ in adoptionem, sive ut nos adoptaret in filios, per Jesum Christum in sese, secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriosæ suæ gratiæ, quæ gratos nos habuit in illo dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, vers. 3. -- 7.* Connectit uberrimam benedictionis spiritualis à Deo erga nos copiam in cœlestibus donis, five iis, quæ cives regni cœlestis decent, atq; ad vitam beatam in cœlis transigendam faciunt, cum electione nostri in Christo, in quò sumus per fidem, atq; illam factam diciteo, ut sancti & inculpata simus coram ipso in charitate, quandoquidem Deus nos præfini-

A

vit